

Quia post cōpendiosam prædictorū enodationē mortis qualitates nobis obseruandæ sunt eorū, quæ in uita prædiximus utrum mors ex radiorū p̄iectionibus, an ex aduentu significatoris ad occidentalem angulū superuenerit, nobis scire cōueniens est. nam si mors ex radiorum p̄iectionibus, uel p̄pter illius cui cōiungetur ullā coniunctionē interuenierit, cū mortis qualitates scire uoluerimus eorū quibus cōiungetur loca cōsiderare nō est incongruū. At si propter ipsius ad angulum occidentis applicationē, mors affuerit ipse occidentalis angulus erit obseruandus, eo quod secundū planetas qui locis prædictis subsequuntur, si qui subsequētur, uel secundū planetas, qui ad ea primitus iuerint, si planetæ qui eis subsequantur, non inueniātur, mortis qualitas depræhendetur, si cum eorum naturis in scientia differentiarum accidentiū stellarū in figura p̄prietates acceperimus. Proprie autē si qualitates p̄dicti loci occidentis, quas ex signis & ex naturis terminorū habuerint considerabimus. ¶ Cū Saturnus igitur dominus mortis fuerit occasione longæ infirmitatis seu pt̄isis aut catarr̄i, siue p̄pter corporis dissolutionem uel tipicā febrem, necnō ex lienon aut hydropisi uētr̄isue solutione, seu egritudine uulvæ, & alijs infirmitatibus, quæ magis frigoris occasione proueniunt, mors superuenire dicetur. ¶ At si Iupiter dominus mortis extiterit ex sinantia uel per ipseumoma aut apoplexia seu spasmo uel ex caphalagia seu cardia, oībusq; infirmitatibus, quæ magnæ uentositatis occasiōe nascuntur, uel perfetidos odores, ei mortē prouenire non dubitamus. ¶ Quod si Mars eius dñs fuerit occasione febris assidue uel tertianæ continue ict̄isue subiti siue nefresis, aut empici morbi cuiuslibetue sanguinis meatus uel abortus seu partus uel herisipile, aut egritudis mortiferæ, omniumue infirmitatū febrili, feruore seu calore superfluo ueniētiū uitæ termin⁹ imponetur. ¶ At si Venus domina mortis extiterit, stomachi uel epatis seu cordis uitio, aut sanguinis egestione, siue mobilibus apostematibus uel fistulis aut potiōibus omnibusue morbis humorū superfluitate uel malitia contingētibus uitam terminari p̄nunciabimus. ¶ Quod si Mercurius illius dominus fuerit, mentis perturbatione uel mania seu melancholia siue præcipitatione aut epilentia, uel tussis seu sputi superabundantia, cunctisue morbis nimia uel incongrua siccitate p̄ueniētibus mors occurret. Illa autē q̄bus modo prædicto natura obitus iniunxerit, cū planetæ q̄rū est mortis dispositio sc̄dm sibi p̄prias & naturales q̄litates, uel his similes fuerit, nec super eos aliq̄s planetarū q̄rū occasionem mala mors & grauis superuenit, eleuabitur, uitam exuerit. ¶ Mors uero q̄ ui & nō lege naturæ inferit, cōtinget, cū loco mortis utræq; infortunæ dñabuntur, ita q̄ in ipso eodē loco, uel in eius aspectu. 4. seu opposito permaneāt, aut earū q̄libet dominiū & potestātē super Solis aut Lunæ, uel super utriusq; locū habeat. Mors autē mala & iicq; p̄pter duarū infortunarū cōiunctionē cōtinget. Eius uero magnitudo per luminariū testimōia p̄ueniet. At ipsiq; mortis q̄litas sc̄dm aliorū planetarū aspectus, ac signa in q̄b; infortunæ fuerit adueniet. Nā cū Saturnus in q̄to Solis aspectu, uel ī ipsius opposito, et in suæ alaiæ cōtrario fuerit